Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



118 226

significante spiritu sancto non dum paratam esse sed
cum manu adhuc priore tabernaculo habente sta
tum Que parabola est temporis instantis juxta quam
munera et hostie offeruntur: que non possunt
iuxta ecclesiam perfectum facere seruientem solummo
modis et in potibus et variis baptismatibus
et iustitiis carnis usque ad tempus correctionis
impositas Christus autem assistens pontifex futuro
rum bonorum: per amplius et perfectius tabernaculum
non manufactum: id est non hujus creationis: neque
per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per suum
sanguinem introiuit semel in sancta eternam re
demptione inuenta Gr. Laudate dominum omnes gen
tes: et collaudate eum omnes populi V. Quoniam confirmata est
super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum S. Lucam
Alt. Dixit dominus iesus turbis similitudinem
hanc Arborem ficu habebat quidam plantatam
in vinea sua: et venit fructum querens in illa et
non inuenit Dixit autem ad cultorem vinee Ecce
anni tres sunt ex quo venio querens fructum
in ficulnea hac: et non inuenio Succide ergo il
lam: ut quid etiam terram occupat? At ille respon
dens: dixit illi Domine: dimitte illam et hoc anno
usque dum fodiam circa illam: et mittam stercora
Et si quidem fecerit fructum: sin autem: in futu
rum succides eam Erat autem docens in synagoga
die sabbatis Et ecce mulier que habebat spiritum
infirmitatis annis decem et octo: et erat incur
vata nec omnino poterat sursum respicere Quam
cum videret iesus: vocauit ad se et ait illi Mulie
r: dimissa es a infirmitate tua Et imposuit